

1757.9
FACULTATIS IURIDICAE 50
33
EX-DECANVS
HIERONYMVS
FRIDERICVS
SCHORCH,

ICTVS,

SACRI PALATII CAESAREI COMES, ELECTORAL. REGIM. CONSILIARIVS, MEMORATAE FACULTATIS ADSESSOR ET PROFESSOR PANDECT. PVBL. ORDIN. CIVITAT. CONSVL SENIOR, NEC NON ACAD. ELECT. MOGVNT. SCIENT. VTIL. DIRECTOR,

L. B. S.

*de impensis in rem oppignoratum fideicommissum
factis quatenus restituenda sint?*


ERFORDIAE,
Typis HERINGIANIS, ACAD. TYPOGR.

RECOLATIUS JARDICAE
EX DEGANA
HEROYMAS
FRIDERICAS
SCHORGH
1512

SCIENTIAE DIRECTOR
MODICINIANACED LITIGIUM MOCANT
HEC PATER ORPON CIVITATIS CONSUL
TACITATIS DISSECTOR ET TROESCOR
RAE REGOM CONSTITUTUS MEMORATOR
CERITALIAI CAESARII COMES RECETO

E. B. 2

ERUDITAE
THEMIS HUMINATORIS A.D. 1512



ngentes saepe & grauissimae exoriuntur li-
tes, si forte debitor rem olim pignori da-
tam, & adhuc a creditore possessam, re-
luere animo intendit. Neque enim tum
fortis solum, verum etiam impensarum
in rem oppignoratam factarum restitutio-
nem petere creditor solet, & non raro tanta cum duri-
tia & iniquitate, ut facile sit ad intelligendum, eum id
maxime agere, vt debitorem a luitione absterreat, vel
prorsus excludat. v. LEYSER *Medit. ad Spec. 156. med. 1.*
ubi in multis creditore illud Plauti conuenire ait: *Ego*
istos noui polypos, qui, ubi quid tetigerint, tenent. add.
GAILL. L. 2. obs. 12. in f. Quod si igitur creditor debi-
tori pignus redimere volenti obiciat, se magnos sum-
itus in rem pignori acceptam impendisse, eosque fibi
ante, quam pignoris possessione cedat, restituendos es-
se, acriter ut plurimum disputatur, an & quatenus de-
bitor ad expensarum in pignus factarum refusionem
obsticetus sit? Plane quod fructuum percipiendorum
causa à creditore erogatum est, nulla ratione repeti pos-
se, sed cum fructibus compensari, inter omnes constat.

) 2

v. l.

v. l. 3. §. 1. D. de impens. in res dotal. fact. at quod impensas in ipsam rem pignoratam factas attinet, necessariae in primis ab utilibus distingui debent. Illas, quia habuerunt in se necessitatem impendendi, l. 1. §. 1. D. eod. & si factae non essent, res aut peritura, aut deterior futura fuisset l. 79. D. de Verbor. signif. debitor haud dubie tenetur adgnoscere, cum alioquin locupletior fieret cum creditoris damno; vnde ius Romanum ob tales impensas creditori vel ius retentionis, vel, si pignus perierit sine eius culpa, actionem pignoratitiam contrariam concessit. l. 8. pr. D. de pignorat. action. l. 7. C. eod. quae remedia eidem competunt, quamvis debitor, ne eiusmodi impensae in pignus fierent, prohibuerit, cum & Reipubl. vt res ciuium conseruentur, & creditoris interfit, vt pignus fartum rectumque maneat. LEYSER. Medit. ad π c. l. med. 4. MEV. P. 3. decis. 119. Si tamen tales impensae immoderatae ac debitori nimis onerosae sint, creditorem eas non recuperare, sed solum, absque detimento rei pignori suppositae, auferre posse existimamus, vtut in similibus casibus fecus videatur SCHRADERO in Traet. Feud. P. II. Part. 9. sect. 2. n. 86. ROSENTHALIO de Feud. c. 10. concl. 43. n. 94. aliis. Nam quatenus sunt impensi modum excedunt, superflui sunt, atque adeo pro necessariis haberi nequeunt. MEV. c. decis. 119. Quoad viles impensas, quae citra necessitatem ad solam utilitatem factae sunt, remque oppignoratam meliorem, fructuosorem & praestantiorum reddunt, c. l. 79. §. 1. D. de V. S. ambigendum quidem non est, earum repetitioni locum esse, si voluntate debitoris vel expressa, vel tacita, veluti si inchoatas à debitore creditor perfecerit, insumtae fuerint, l. 25. D. de pignorat. action. LYNCKER Vol. I. Resp. 148. n. 9. nisi for-

te

te debtor post inceptam impensam facultatibus lapsus,
ideoque verisimile non sit, eum dictam expensam con-
tinuare voluisse, prout post alios declarat NEGVSAN-
TIVS de pign. & hypotec. P. 7. m. 3. n. 18. Sed si de
debitoris voluntate non liquet, res maioribus premi
difficultatibus videtur. GVNDLINGIVS de iure oppigno-
rati Territor. §. 104. putat, creditorem vtiles impensas
indiscriminatim repetrere posse, licet futurum sit, vt hac
ratione difficultis reddatur relutio, indeque vltterius in-
fert, vix eam felicitatem obuenturam esse Wormatiens-
ibus, vt dimidium Ladenburgi reliuant, cum impensae
ac sumtus Electori Palatino prius sint cum sorte resti-
tuendi. Verum ab hac sententia non immerito disce-
dit LEYSERVVS d. Specim. 156. med. 1. eo quod ius nostrum
praecipit, hoc semper temperamentum seruandum es-
se, vt debtor non cogatur oppignorata re carere pro
quantitate sumtuum; neque enim aequum est, aut
quaerere debitorem alias creditores, aut cogi distrahe-
re, quod velit receptum, aut creditori penuria coactum
derelinquere. c. l. 25. D. de pignorat. act. Vnde conse-
quitur, debitorem reluentem, si ferendis sumtibus à
creditore ad perpetuam pignoris vtilitatem impensis
par sit, eos reddere oportere: e contrario si pauper vel
in ea conditione sit, vt, si tales sumtus soluere cogere-
tur, pignore pro�us carere deberet, ab eorum refusio-
ne absolvendum esse, cum non sint vtiles impensae, quae
tam magnae sunt, vt dominus cogatur rem pro dere-
licta habere, sed eae potius in fraudem domini factae
esse videantur. BRVNNEMANN. in d. l. 25. n. 1. GAILL.
c. obs. 12. circa f. LAVTERBACH. Colleg. Theor. Praß. L.
13. T. 7. §. 29. medie igitur haec a iudice dispicienda
esse monet VLPIANVS in d. l. 25. vt neque delicatus de-
bitor,

bitor, neque onerosus creditor audiatur, id est, vt nec debitor quascunque impensis ferre recusat, nec creditor debitorem nimis oneret, & impensis maioribus hoc agat, vt litionem debitori reddat difficilem, vel plane impossibilem. BACHOV. de *Pignor.* L. 3. c. 9. n. 4. Quod cum summa aequitate nitatur, in aliis etiam casibus locum inuenit. v. l. 38. D. de *rei vind.* vi puta si quaestio sit de restituendis fideicommissarii haeredibus impensis in rem fideicommissum subiectam jerogatis. v. KNIPSCHILD. de *Fideicommiss. famil. nobil.* c. 12. n. 188. vel de refundendis Vasalli heredibus melioramentis & impendiis in feudum factis. SCHWEDER. de *meliorat. feud.* c. 6. §. 4. De caetero si debitor à restitutione expensarum liberatur, creditor eas auferre sive tollere non prohibetur, modo illud absque detimento rei pignoratae fieri queat, secundum allegatam l. 38. D. de *rei vindic.* Verum argumentum hoc latius prosequi iam non vacat. Copiosius de eo in *Lectione*, quam vocant, *Cursoria ad l. 25. D. de pignorat. ad. differet*

PLVRIMVM REVERENDVS ATQVE CLARISSIMVS
Iurium Candidatus,
DOMINVS
IACOBVS ENGELBERTVS
BIRCKENSTOCK

Natus est is in Rhingauia, provincia Moguntina, Erbaci die X. Maii anno MDCCXXXIII. nobilissimis parentibus Domino PETRO NICOLAO BIRCKENSTOCK & MARIA FRANCISCA nata SCHVMAN. Optimi hi parentes, iactis primis religionis & litterarum fundamentis,

Con-

Confluentiam eum litteris humanioribus imbuendum
misere, iisque absolutis reuocarunt Moguntiam, vbi
Plurimum Reuerendi P. BERNARDI FRITZ S. I. P. P.
philosophicas frequentauit paelectiones, ibique laurea
Magisterii condecoratus, animum ad iurisprudentiam
adplicauit; quare in Iure Canonico, Publico, Naturali,
Civili, Feudali, Historia Imperii R. G. Celeberrimos
Viros LDOVICVM BEHLEN, IOANNEM GEORGIVM NEV-
RETER, pie iamiam defunctum, & FRANCISCVM ANT.
DIIRR habuit paeceentes, de Canonicatu ad Insignem
Ecclesiam Collegiatam in Rees, ciuitate Cliuiensi, pro-
visus. Nauata ultra triennium Iurisprudentiae opera,
ante annum Ersordiam profectus, Viros Celebratissi-
mos Illust. DE BELLMONT, CONRAD. WILH. STRECKERVM,
IOAN. GEORG. BRÜCKMANNVM, & GVIL. BEER expla-
nantes Pandectas, Ius feudale, Publicum, Historiam I.
R. G. adiit, ac meas etiam paelectiones ad Pandectas
diligenter frequentauit. Negotiis autem, quae ipsi in-
cumbunt, hac Eleitorali Vniersitate decadere iussus,
Ordini nostro laudabile, quod initit, Consilium ad su-
preamos in Vtroque iure ascendendi honores, modeste
aperuit, petens simul, vt eius in iure acquisita scientia
mediante Examine Rigoroso exploraretur. Textus
igitur haud vulgares ex Vtroque Iure eidem transmissi
sunt, quos erudite explanauit, & in ipso examine ad
propositas quaestiones adeo docte prompteque respon-
dit, vt vnanimi sententia dignissimus indicatus sit, qui
ad vteriora Specimina Inauguralia admitteretur, &
desideratis honoribus doctoralibus condecoraretur.
Quamobrem craftino die Lunae d. XXV. April. Lectio-
nem Cursoriam ad l. 25. D. de pignorat. adion. habebit,
eaque finita ipsam Disputationem Inauguralem

AD

A.D.

TIT. X. LIBRI II.

F E V D O R V M

sine Praefide tuebitur. Quos actus solennes ut Magnificus Vniuersitatis Rector, Illustrissimi Comites, Perillustres Barones, nec non Academiae Proceres ac Civis praeſentia sua atque frequentia splendidiores reddere non dignenur, submissæ, officiose & amice rogan-
tur. Publ. sub Sigillo Facult. Iurid. d. XXIV. April.
A. O. R. MDCCLVII.

L. S.

ULB Halle
005 355 710

3



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Inches
Centimetres



1757, 9

50

33

FACULTATIS IURIDICAE

EX-DECANVS

HIERONYMVS FRIDERICVS SCHORCH,

ICTVS,

SACRI PALATII CAESAREI COMES, ELECTORAL. REGIM. CONSILIARIVS, MEMORATAE FACULTATIS ADSESSORE ET PROFESSOR PANDECT. PVBL. ORDIN. CIVITAT. CONSVL SENIOR, NEC NON ACAD. ELECT. MOGVNT. SCIENT. VTL. DIRECTOR,

L. B. S.

*de impensio in rem oppignorant fideicomissum
factis quatenus restituendae sint?*

ERFORDIAE,

Typis HERINGIANIS, ACAD. TYPOGR.